Morbio 31 (9)

F[r] D: Gregorius Caraffa e Princip: Roccellae

Dei gratia sacrę domus Hospitalis s[c]ti Ioannis Hieros[n]i et militaris Ordinis s[c]ti Sepulchri Dom[ci] Magister humilis, pauperumq[ue] Iesu Chr[i]
custos: Et Nos Conventus domus eiusdem. Religioso in Chr[ist]o nobis Charissimo fr[atr]i Don Michaeli de Barzena Ordinis n[ost]ri Obedientię Magistralis
Militi Salu[te]m in D[omi]no sempiternam. Mores et vitæ honestas, aliaq[ue] laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fidedignorum testimonio comendaris
promereutur, ut ea Tibi liberaliter concedamus, quæ tuis comoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum ig[itu]r excell[entissi]mus ac Ven[eran]dus Religiosus in chr[ist]o nobis præcharis[simu]s
fr[ater] Don Inicus de Velandia Prioratus n[ost]ri Castellæ, et legionis Prior, ac pro s. Cath[oli]ca Maiestate Hispaniarum Rege in Regno Navarræ Prorex et Capitaneus
Generalis vigore Ordinationis Cap[itu]l[a]ris, et binarum habilitationum, ac dispensationum per Te ad id à prelibato n[ost]ro Magistro auc[torita]te Ap[osto]lica sub diebus 26 fe-
bruarij 1681 ab Incar[natio]ne et 4 Octobris 1682 obtentarum, omniq[ue] alio meliori modo Tibi dederit, constituerit, et assignaverit super fructibus, et reditib[us] d[i]cti Prioratus
Castellæ et legionis summam seu pensionem annuam ducatorum Centum auri de Camera, prout de huiu[smod]i pensionis constitutione et donatione per publicum
Instrumentum in Civitate de Pampilona penes acta Francisci de Anduli Ecclesiastici Notarij et Religionis n[ost]ræ in Prioratu n[ost]ro Navarræ Secre-
tarij sub die xv. Aprilis postremo elapsi rogatum, et ab eodem Ven[eran]do Priore de Velandia subscriptum latius constat, et apparet. Nobisq[ue] propterea humili-
ter supplicari fecisti, ut pro maiori rerum premissarum robore Bullas de huiu[smod]i pensione in forma solita, et consueta expediri mandaremus. Hinc est quod premissorum
meritorum tuorum intuitu, et contemplatione ductosi, tuisq[ue] supplicibus inclinati. Adherentes precalendatis habilitationibus, et dispensat[ioni]bus auc[torita]te Ap[osto]lica ad consequen[dum]
annuas pensiones tibi attributis. Invicem maturo et deliberato Consilio, de n[ost]ra certa scientia, tenore p[rese]ntium p[rese]tam summam seu pensionem annuam ducator[um]
Centum auri de Camera ut p[rae]fertur, super fructibus, et reditibus p[rae]d[ic]ti Prioratus n[ost]ri Castellæ et legionis Tibi tua vita durante, modis et formis, quibus Tibi con-
stituta, et assignata fuit, concedimus, donamus, et assignamus. Teq[ue] pensionarium perpetuum eiusdem Prioratus in dicta summa facimus crea-
mus, et esse volumus. Precipientes p[rae]d[ic]to Excell[entissi]mo ac Ven[eran]do fr[atr]i Don Inico de Velandia moderno huiu[smod]i Prioratus Castellę et legionis Priori, et suis in eodem succes-
soribus in virtute s[anc]tæ obedientię, ac sub poena contra eos inflicta, qui iura n[ost]ri co[mmu]nis ærarij contumaciter solvere recusant, ut singulis annis in Cap[itu]lo Provin[cia]li
d[ict]i Prioratus, vel eo non celebrato in festo Nativitatis s[anc]ti Ioannis Bap[tis]tæ proximi n[ost]ri dictam pensionem ducatorum Centum auri de camera ut pre-
mittitur, infallibiliter omni excusatione, dilatione, oppositione, et mora cessante et postposita Tibi, vel quibus legitime comiseris realiter, et cum effectu exsolvant
et numerent. Mandantes in vim d[ic]tę Obedientię universis et singulis d[ic]tæ domus n[ost]rę fratribus quacunq[ue] auc[torita]te dignitate, officioq[ue] fungentibus p[rese]ntibus, et futu-
ris ne contra p[rese]ntes n[ost]ras l[itte]ras aliquid facere vel venire presumant, sed eas studeant inviolabiliter observare. In cuius rei Testimonium Bulla n[ost]ra Comunis
plumbea p[rese]ntibus est appensa. Dat[um] Melitę in Conventu n[ost]ro die xxxj. et ultima mensis Maij Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Tertio

El Gran Canciller

Correa Ebousta

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880585723-13/fragment/page=0001
DFG

Pensio ducator. centum auri de Camera super fructibus Prioratus Casella et Segionis pro fre Michaele de Barzena

23/1683 31 Mai

Malta

Johannis secundum zu [illegible] des Don Michael de Barzena

31/18

Morbio 31 (9)

Morbio 31 (9)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880585723-13/fragment/page=0002

Fr. D. Gregorius Caraffa è Princip: Roccellę

Dei gratia sacrę domus Hospitalis scti Joannis Hieros.ni et militaris Ordinis sti Sepulchri Dom.ci Magister humilis, pauperumq. Jesu Christi custos: Et Nos Conventus domus eiusdem. Religioso in Christo nobis Charissimo fri Don Michaeli de Barzena Ordinis nri Obedientię Magistrali Militi salutem in Dno sempiternam. Mores et vitę honestas, aliaq. laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fidedignorum testimonio comendaris promereantur, ut ea Tibi liberaliter concedamus, quę tuis comoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum igr Excell.mus ac Ven.dus Religiosus in Christo nobis precharis.mus fr Don Inicus de Velandia Prioratus nri Castellę et legionis Prior, ac pro s. Cath.ca Maiestate Hispaniarum Rege in Regno Navarrę Prorex et Capitaneus Generalis vigore Ordinationis Caplaris, et binarum habilitationum ac dispensationum per Te ad id à prelibato nro Magistro auctte Aplica sub diebus 26 februarij 1681 ab Incarne et 4 Octobris 1682 obtentarum, omniq. alio meliori modo Tibi dederit, constituerit, et assignaverit super fructibus, et reditib. dicti Prioratus Castellę et legionis summam seu pensionem annuam ducatorum Centum auri de Camera, prout de huiusmodi pensionis constitutione et donatione per publicum Instrumentum in Civitate de Pampilona penes acta Francisci de Andudi Ecclesiastici Notarij et Religionis nrę in Prioratu nro Navarrę Secretarij sub die xv. Aprilis proxime elapsi rogatum, et ab eodem Ven.do Priore de Velandia subscriptum latius constat, et apparet. Nobisq. propterea humiliter supplicari fecisti, ut pro maiori rerum premissarum robore Bullas de huiusmodi pensione in forma solita et consueta expediri mandaremus. Hinc est quod premissorum meritorum tuorum intuitu, et contemplatione ducti, tuisq. supplicibus inclinati, Adhęrentes precalendatis habilitationibus, et dispensat.bus auctte Aplica ad consequendas annuas pensiones tibi attributis, Invicem maturo et deliberato Consilio, de nra certa scientia, tenore psentium ptam summam seu pensionem annuam ducatorum Centum auri de Camera ut ptur, super fructibus, et reditibus pdi Prioratus nri Castellę et legionis Tibi tua vita durante, modis et formis, quibus Tibi constituta, et assignata fuit, concedimus, donamus, et assignamus. Teq. pensionarium perpetuum eiusdem Prioratus in dicta summa facimus creamus, et esse volumus. Precipientes pto Excell.mo ac Ven.do fri Don Inico de Velandia moderno huiusmodi Prioratus Castellę et legionis Priori, et suis in eodem successorib. in virtute scta obedientię, ac sub poena contra eos inflicta, qui Iura nri comis Ęrarij contumaciter solvere recusant, ut singulis annis in Caplo Provin.li dicti Prioratus, vel eo non celebrato in festo Nativitatis scti Joannis Baptę proxime nri dictam pensionem ducatorum Centum auri de camera ut premittitur, infallibiliter omni excusatione, dilatione, oppositione, et mora cessante et postposita Tibi, vel quibus legitime comiseris realiter, et cum effectu exolvant et numerent. Mandantes in vim dtę Obedientię universis et singulis dtę domus nrę fratribus quacunq. auctte dignitate, officioq. fungentibus psentibus et futuris, nè contra psentes nras lras aliquid facere vel venire presumant, sed eas studeant inviolabiliter observare. In cuius rei Testimonium Bulla nra Comunis plumbea psentibus est appensa. Dat. Melitę in Conventu nro die xxxj. et ultima mensis Maij Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Tertio

[illegible] Cancellar.

Regta in Cancell.ria

Fr [illegible] Vicecancell.